

Serapolis.	Pentacomias.	Joppe.
Mempisidos.	Tricomias.	Ascalon.
Eulitis.	Canastaloe.	Gaza.
Zora.	Saltum Votanios.	Meimas.
Virosum.	Exacomias.	Diocletianopolis.
Pentacomia.	Enacomias.	Beitt Gerbein.
Mamapsion.	Comogonias.	Neapolis.
Mitroconeras.	Comogerios.	Sebastia.
Saltum Hieraticun	Comosthonis.	Jericyntus.
<i>Scdes quarta, Bitura Arabie. Sub hoc sunt episcopatus XXXV.</i>	Coinis.	Tyberiadis.
Adrasson.	Mahadaron.	Diocesarea.
Dias.	Comocoreatas.	Legionum.
Medauon.	Comis Capron.	Capitolina.
Il erasson.	Comis Insuavos.	Mauronensis.
Nein.	Comis Pirroareton.	Gedera.
Filadelfia.	Comis Pecius.	Nazareth.
Ierapolis.	Comis Ariathon.	Thabor.
Essmos.	Comis Neotis.	Caracha, vel Petra.
Neapolis.	Clima Anatolis quevisinon.	Adroga.
Themistus.	Comis Ariotas.	Afra.
Philipopulus.	Comis Trachonos.	Actis.
Dionysia.	Comis Neslaios.	Faram.
Constantinu.	SUFFRAGANEARUM prima.	Elinopolis.
	Lidda.	Mons Sina.

ANNO DOMINI MCLXXXV.

LUCIUS III PONTIFEX ROMANUS

NOTITIA.

(MANSI, Concil., XXII, 475.)

Lucius papa tertius, inquit Willelmus Tyrius lib. xxxi, cap. 7, *Belli sacri*, qui et Humbaldus Ostiensis episcopus, natione Tuscus, patria Lucensis, vir grandevus admodum et modice litteratus, juxta formam concilio Lateranensi tertio præscriptam primus creatus est pontifex quartu Kal. Septembri anno Domini 1181. Hic pontifex sui principio ad tranquillitatem Christianorum foyendam totum se impendit. Euroque imperator in Italiam contendisset, ut in *Historia Saxonica*, libro sexto, capite quadragesimo septimo, ait Krantz, exierat urbe Roma Lucius papa, ut obviam ei proficeretur, tractaturus cum illo Christianæ reipublicæ negotia, quæ in Asia nimium cooperant labefactari. Veronæ convenerant duo Christianismi culmina. Concurserat ingens ecclesiasticorum multitudo, reconciliationem deposcens sedis apostolicæ, quod in schismate imperatore secuti ab antipapis essent ordinati et instituti. Intervenit pro his Fridericus imperator, ut in gratiam sumerentur. Annuit perbenigne pontifex. Sed cum postera die manus illis essent imponendæ singulis, immutatum erat consilium, quod diceret in concilio Venetiano decreta non posse nisi alio concilio irritari: promisit autem de proximo alium a se evocandum costum, in quo super his constitueretur. Auditæ sunt Germanorum minæ pro sua consuetudine; scilicet nihil ea re moti sunt cardinales. Credebat autem ea consilii mutatio a Conrado Moguntino et Wormatiensi pontificibus prodiisse. Inde cœpit imperator tractare cum pontifice super patrimonio potentis per Italiam dominæ Mathildis, quæ sub Henricis imperatoribus patre et filio multa faciebat pro Ecclesia: et jam rebus humanis excedens multa reliquerat eidem Ecclesiæ possidenda, quæ imperator ad jus imperii devocabat. Erat autem, ut diximus, marchionis Saxonie filia. Sed ex ratione temporum diu ante hanc statem emigrasse convincitur, nisi geminas fuisse, et alteram post alteram in Italia floruisse quis contendat. Diu tum causa inter sacerdotium et regnum ventilata nihil concludi potuit; et sine fine discessere. KRANTZIUS.

De eadem ex Arnoldi Lubecensis *Chronico*, libro tertio, capite decimo, Baronius addens contigisse ibidem de electione episcopi Trevirensis schisma inter imperatorem et pontificem: quæ ab eodem fuse numerantur.

Principes Christianos commovit, ut ad opem ferendam fidelibus qui in Asia contra barbaros præliauantur, sese omnes præpararent. Verum, cum eam expeditionem remis velisque accelerari procuraret, morbo corruptus, Veronæ septimo Kalendas Decembri diem clausit extremum, et in cathedrali ecclesia sepulturam sortitus est, anno Domini 1185, postquam quatuor annis, duobus mensibus et viginti septem diebus curam Ecclesiæ habuisset. Lucam civitatem, unde oriundus erat, pluribus muneribus exornavit. Ab imperatore Friderico, quo usus est familiarissime et amicissime, obtinuit ut in tota Etruria alia moneta locum et usum non haberet quam Lucensis, quemadmodum Longobardi aliam non recipiebant nisi Papiensem. Hoc tempore floruit abbas Joachimus, de quo infra in notis concilii Lateranensis quarti plura dicemus. Maronitæ detestantes errorem Maronis monothelitæ, ad Ecclesiæ gremium, retento nomine a sancto Marone abbatे, ut aiunt, derivato, redierunt.